



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 122. Religionis negotia in Transylvania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

**Sæcul. XVI** hæ Provinciæ Hispanis infensæ  
**A.C. 1578.** haud minus in hanc Nationem o-  
 dium, atque aversionem, quam ingens  
 pro Religione, ac Regis sui obsequio  
 studium forent: unde nullum concor-  
 diæ pactum admittere statuebant,  
 nisi prius omnes Hispani milites nullo  
 excepto e Belgio excessissent: altera  
 vero ex parte Parmensis Dux haud ob-  
 scure prævidebat, quod dimissis copiis  
 regiam auctoritatem nullatenus re-  
 staurare posset, cum Gallo-Belgicæ  
 Provinciæ ad compescendos rebelles  
 necessarium pecuniarum, & militum  
 subsidium suppeditando impares essent.

### §. CXXII.

#### *Religionis negotia in Transylvania.*

*Hist. ref.  
Pol.*

Interea ex Religionis diversitate in  
 Transylvania maximæ oriebantur dif-  
 fensiones, quibus hoc anno saltem quod-  
 dam remedium opponebatur, cum hoc  
 malum penitus sanari haud posset; nam  
 quis sibi pro suo arbitrio Religionem  
 cudebat, ac impune insulsissimis opi-  
 nionibus adhærebat: inter ceteros vero  
 Georgius Blandratus, cuius jam supra  
 meminimus, ad conflanda hæc dissidia  
 plurimum conferebat; perniciousus enim  
 hic Vir, cum Geneva a Calvinio ejectus  
 esset, præprimis in Poloniam secessit,  
 inde autem in Transylvania asylum  
 quæ-

quæsivit, ubi postea Franciscus Davi- Sæcul. XVI.  
A.C. 1578.  
dis ejus discipulus impiissimi Arii dog-  
mata innovavit, & præter blasphemas  
doctrinas, quas ipsi Blandratus adver-  
sus Christi Divinitatem inspiraverat,  
insuper ad tanta deliria prorupit, ut  
non modo tres in Deo Personas, nec  
non divinitatem Christo Domino abne-  
garet, sed etiam Christum Dominum  
nec adorandum, nec ullo religioso  
cultu honorandum propugnaret: ve-  
rum Christophorus Batthorius, qui Ste-  
phano Fratri suo in Poloniæ Regem e-  
lecto successerat, ad tuendam Religio-  
nem Catholicam a Jesuitis, quos ma-  
ximi habebat, plurimum excitabatur,  
illisque Claudiopoli, seu Colosvariæ,  
in qua urbe Unitarii ceteris prævale-  
bant, Collegium erexit, hacque in oc-  
casione præclara suæ Orthodoxiæ spe-  
cimina edens, nullum non movit lapi-  
dem, ut excultis subditorum suorum  
ingeniis quemdam ad Catholicam do-  
ctrinam amorem illis inspiraret, eos  
que proposita fidei veritate ab errore  
retraheret, sensimque præpediret, ne  
Davididis fraudibus deciperentur.

### §. CXXIII.

#### Tordense Unitariorum Ministrorum Conciliabulum.

Hist. Eccles. Tom. XLIX. Gg Hunc